

# Libe

voce quæ syllabas proferat: quod nomen eius ferre omnibus notum est. Quam tamen imaginem si ex animo meo proferre possem ad oculos hominum quæ alexandriam nouerunt: profecto aut omnes dicerent: non est ipsa: aut si dicerent: ipsa est. multum mirarer: atque inueniens in animo meo ipsam id est imaginem quasi picturam eius: ipsam tamen esse nescirem: sed eis crederem quod visam tenerem. Non autem ita quero quid sit iustus: nec ita inuenio: nec ita intueor cum id eloquor: nec ita probor cum audio: nec ita probor cum audio: quasi tale aliquid oculis videri: aut villo corporis sensu didicerim: aut ab eis quæ ita didicissent audierim. Deum enim dico et scieris dico: iustus est animus quæ scientia atque ratione in vita et moribus sua cuique distribuit: non aliquam rem absentem cogito: sicut carthaginem: aut fingo ut possum sicut alexandriam: siue ita sit siue non ita: sed prius quiddam cerno: et cerno apud me: etsi non sum ipse quod cerno: et multi qui audierunt approbaverunt. Et quis me audit atque scienter approbat: apud se et ipse hoc idem cernit: etiam si non sit ipse quod cernit. Iustus vero cum id dicit: id quod ipse est cernit et dicit. Et ubi etiam ipse cernit: nisi apud seipsum? Sed hoc mirum non est. Ubi enim se cerneret: nisi apud seipsum? Illud mirabile est ut apud se animus videat quod alibi nescit vidit: et verum videat: et ipsum verum scilicet iustum animum videat: et sit ipse animus: et non sit iustus animus: quæ apud se ipsum videt. Num est alius animus iustus in animo nondum iusto: aut si non est quæ ibi videt cum videt: et dicit quod sit animus iustus. nec alibi quæ in seipso videt: cum ipse non sit animus iustus? An illud quod videt veritas est interior prius animo: qui eam valet intueri: neque omnes valent. Et qui intueri valent hoc etiam quod intuent non omnes sunt: hoc est non sunt etiam ipsi iusti animi: sicut possunt videre ac dicere quid sit iustus animus. id est iusti. Quod vni esse potuerunt: nisi inherendo eidem ipsi forme quam intuent ut inde formarent: et sint isti animi: non tamen cernentes: aut dicentes iustum esse animum qui scientia atque ratione in vita ac moribus sua cuique distribuit: sed etiam ut ipsi iuste viuunt: iusteq; morati sint: sua cuique distribuendo: ut nemini quicquam debeant nisi ut inuicem diligant. Et vni inherere illi forme: nisi amando? cur ergo alium diligimus quæ credimus iustum: et non diligimus ipsam formam: ubi videmus quod sit iustus animus? ut et nos iusti esse possimus? An vero nisi et istam diligeremus nullo modo cum diligeremus quæ diligimus ex ista: sed dum iusti non sumus: minus eam diligimus quam ut iusti esse valeamus. Homo ergo qui credit iustus ex ea forma et

veritate diligit: quam cernit: et intelligit apud se ille quæ diligit. ipsa vero forma et veritas non est quod aliunde diligit. Neque enim inuenimus aliquid tale propter ipsam ut eam cum incognita est credendo diligamus ex eo quod iam tale aliquid nouimus. Quicquid enim tale aliquid perspexeris ipsa est: et non est quicquam tale: quam sola ipsa talis est: qualis ipsa est. Qui ergo amat homines: aut quæ iusti sunt: aut ut iusti sint amare debet. Sic enim semetipsum amare debet: aut quæ iustus est: aut ut iustus sit. Sic et diligit proximum tamquam seipsum sine villo periculo. Qui enim aliter se diligit: iniuste se diligit: quam se ad hoc diligit ut sit iniustus. Ad hoc ergo ut sit malus: ac pro hoc iam non se diligit. Qui enim diligit iniquitatem: odit animam suam.

De vera dilectione.

Ca. VII.

Capitulum propter non est precipue videndum quod in hac questione quæ de trinitate nobis est: et de cognoscendo deo: nisi quod sit vera dilectio: imo vero quod sit dilectio. ea quippe dilectio dicenda que vera est: alioquin cupiditas est: atque ita cupidi abusu dicunt diligere: quemadmodum cupere abusu dicunt: quæ diligunt. Hec est autem vera dilectio ut inherentes veritati iuste viuamus: et ideo contemnamus omnia mortalia pro amore hominum: quos eos volumus iuste viuere. Ita enim et mori pro fratribus vni iter parati esse poterimus: quod nos dominus Iesus christus exemplo suo docuit. Cum ei duo precepta sint in quibus tota lex pendet et prophete: dilectio dei et dilectio proximi: non immerito plerumque scriptura pro vtroque vnum ponit. Siue tamen dei: sicut est illud. Scimus quam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Et iterum quisquis autem diligit deum hic cognitus est ab eo. Et illud: Quoniam charitas dei diffusa est in cordibus nostris pro spiritu sancto quæ datus est nobis. Et alia multa: quia et qui diligit deum: consequens est ut faciat quod precipit deus: et intantum diligit in quantum facit: consequens ergo est ut et proximum diligat: quia hoc precipit deus. Siue tamen proximi dilectione scriptura commemorat: sicut est illud. Inuicem onera vestra portate: et sic adimplebitis legem christi. Et illud. Omnis enim lex in vno sermone impletur: in eo quod scriptum est: diliges proximum tuum tanquam teipsum. Et in euangelio. Omnia quecumque vultis ut faciant vobis homines: ita et vos facite illis. hec enim est lex et prophete. Et pleraque alia reperimus in litteris sanctis: in quibus sola dilectio proximi ad perfectionem precipi videtur: et taceri de dilectione dei: cum in vtroque lex pendat et prophete. Sed et hoc ideo: quia et qui

Pa. 10

Mat. 22

Rom. 9

1. Cor. 8

Roma. 1

Gal. 6

1. Cor. 13

Mat. 7

**1. Job. 4** primū diligit: cōsequēs est vt ipsam p̄cipue dilectionē diligit. Deus aut̄ dilectio est: et q̄ manet in dilectioe in deo manet. Cōsequēs igit̄ vt p̄cipue deū diligit. Quapropter qui querūt deū p̄ istas p̄tates que mundo p̄sunt vel p̄ribus mūdi: auferunt ab eo longe q̄ iactant: nō interuallis locorū: sed diuersitate affectuum. Exterius em̄ conant̄ ire: et interiora sua deserūt quibus interior est deus. Itaq̄ si aliquā etiā sanctā p̄tatem vel audierunt: vel vt cūq̄ cogitauerūt: facta magis eius appetunt que humana mirat̄ infirmitas: nō imitant̄ pietatē qua diuina req̄es compatur. Valuit em̄ sup̄ hoc posse qd̄ angelus: q̄ deuote hoc esse qd̄ angelus. Nō em̄ sanctus quisq̄ p̄tate sua gaudet: s̄ et a q̄ habet posse quicq̄d cōgruenter p̄t: Et nouit potentius esse cōiungi om̄ipotentī pia uolūtate: q̄ propria uolūtate posse qd̄ cōtremiscant qui talia nō p̄t. Itaq̄ ip̄e d̄s Iesus christus talia faciens: vt mirātes doceret ampliora: et temporalibus insolitis int̄tos atq̄ suspētos ad eterna atq̄ interiora cōuerteret. **Genite** inquit ad me oēs qui laboratis et onerati estis: et ego reficiā uos: tollite iugū meū sup̄ uos. Et nō ait: discite a me quadriduanos mortuos suscitare: sed ait: Discite a me qm̄ m̄is sum et humilis corde. Potentior ē em̄ et tutior: solidissima humilitas: q̄ uentosissima celsitudo. Et ideo sequit̄: dicens: Et inuenietis requiē animab⁹ uestris. Dilectio em̄ nō infat̄: et deus dilectio est: et fideles in dilectione acquiescēt illi: reuocati a strepitu qui foris est: ad gaudia silentia. Ecce de⁹ dilectio est: vt qd̄ inuis et currimus in sublima celorū et ima terrarū querētes euz q̄ est apud nos: si nos uelimus esse apud eū.

Qui fratrem diligit deum diligit qui amat et ipsam dilectionem que ex deo ē et deus est.

Ca. VIII.

Em̄ dicat: nō noui quid diligam: diligit fratrem: et diligit eandē dilectionē. Maḡ em̄ nouit dilectioez qua diligit: q̄ fratrem que diligit. Ecce iā p̄t notio: ē deū habere q̄ fratrem. Plane notiorē quia presentiorē: notiorē quia interiorē: notiorē: qz certiorē. Amplexere dilectionez deū: et dilectione amplectere deū. Ipsa ē dilectio que oēs bonos angelos: et oēs dei seruos confociat uinculo sanctitatis: nosq̄ et illos cōiungit inuicē nobis: et subiungit sibi. Quāto igit̄ saniores sum⁹ a timore sup̄bie: tanto sumus dilectione pleniores. Et q̄ nisi deo plen⁹ ē: qui plen⁹ est dilectioe? **Item**

charitatē video: et quātū possum eā mēte cōspicio: et credo scripture dicēti: **Am̄ de⁹** charitas ē: et q̄ manet in charitate: in deo manet. **1. Job. 4** Sed cū illā video: nō in ea video trinitatem imo uero uides trinitatem: si charitatem uides. Sed cōmonebo si potero: vt uide te uideas assit tantū ipsa: vt moneamur charitate ad aliqd̄ bonū. Quia cū diligimus charitatem aliquid diligētē diligimus: propter hoc ip̄m: quia diligit aliquid. Ergo quid diligit charitas vt possit etiā ipsa charitas diligit? Charitas em̄ nō ē que nūbi diligit. Si autem seipsam diligit: diligit aliquid qd̄ oportet vt charitatem se diligit. Sicut em̄ uerbū indicat aliquid: indicat etiā seip̄m: sed nō se uerbū indicat: nisi se aliquid indicare indicet. Sic et charitas diligit qd̄ se: s̄ nū se aliquid diligen: ē diligit: nō charitatē se diligit. Quid ergo diligit charitas nisi qd̄ charitate diligimus? Id aut̄ vt a pximo puehamur frater est. Dilectionē aut̄ fraternā quātū cōmendet **Jobes** ap̄s attendamus. Qui diligit inq̄ fratrem suū in lumine manet: et scādalum in eo nō ē. Manifestū ē q̄ iusticie perfectionē in fratris dilectioe posuerit. Nam in quo scandalum nō est: uicq̄ p̄fect⁹ est. Et tū uide dilectionē dei tacuisse: qd̄ nunq̄ facere: nisi quia in ipsa fraternā dilectione uult intelligi deū. Aptissime em̄ in eadē ep̄stola paulo post ita dicit: Dilectissimi diligam⁹ inuicem: quia dilectio ex deo est. Et om̄is q̄ diligit: ex deo natus est: et cognoscit deū: q̄ nō diligit: nō cognouit deū: quia deus dilectio ē. **Ibidē: 4** Ista cōtextio satis apte qz declarat eandē ip̄am fraternā dilectionē: nam fraternā dilectio est qua diligimus inuicē: nō solū ex deo sed etiā deū esse: quā uidem⁹ tanta auctoritate p̄dicari. Cū igit̄ de dilectione diligim⁹ fratrem de deo diligimus fratrem. Nec fieri p̄t vt eandē dilectionē nō p̄cipue diligam⁹: qua fratrem diligimus. Cū colligit: duo illa precepta nō posse sine inuicē. **Am̄** q̄pe deus dilectio est: deū certe diligit: qui diligit dilectionem. Dilectionē aut̄ necesse ē diligit: q̄ diligit fratrem. Et iō paulo post ait: Nō p̄t deum diligere quem non uidet: qui fratrem que uidet nō diligit: qz h̄ illi cā ē nō uidēdi deū q̄ nō diligit fr̄m: q̄ em̄ si diligit fr̄m nō ē dilectioe: et q̄ nō ē in dilectioe: nō ē in deo: qz de⁹ dilectio ē. Porro q̄ nō ē in deo: nō ē in lumine quia deus lumen est: et tenebre in eo nō sunt uile. Qui ergo non est in lumine: quid mirū si nō uidet lumen: id est nō uidet deum quia in tenebris est. Fratrem autem uidet huma

1. Job. 2

Ibidē: 4

Ibidē

1. Job. 4

1. Job. 1